

PRAXIS VICARIORVM  
Et omnium in vtroq; Foro Iudicentium

QVATVOR PARTIBVS COMPREHENSA.

In Prima continentur omnia, quæ ad Vicariorum quorumcunque potestatem, atque officium pertinent.

In Secunda traditur Praxis procedendi in Causis Quilibet.

In Tertia Methodus in Gradu Appellacionis.

In Quarta verò habetur exactissima Practica Criminalis.

*Cum observationibus Vtriusque Iuris. Imò & Municipalis Regni Neapolitani  
Necnon Formulis singulorum Actorum Iudicialium*

*Omnia serè complectens, quæ per Pontificias; ac Cæsareas leges, Conci-  
liorum Decreta, Sacrarum Congregationum Declarationes, ac  
Sacre Rote Decisiones ad hæc sancita Inprimis.*

*Opus, nedum Vicarijs, & Episcopis: verum etiam Iudicibus secularibus,  
Regularium Prelatis; Causarum Patronis; omnibusque alijs in  
vtroque Foro versantibus utilissimum, ac necessarium.*

A V T H O R E

D. AB. CAROLO PELLEGRINO

Ciuitatis Castriudellarum V. I. D. & Prothonot. Apoit.

*Cum triplici Indice copiosissimo; Doctorum; Tractatum; ac Rerum notabilium.*



ROMÆ Typis Michaelis Herculis. M. DC. LXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.



SANCTISSIMO,  
BEATISSIMOQ. PATRI  
ALEXANDRO  
PAPAE VII.

CAROLVS PELLEGRINVS, P. P. P.



**A**D Tuæ Sanctitatis pedes humillimè prouolutus, posteriores hosce qualescumque labores, tuæ iterùm audeo Maiestatis oculis sistere, Beatissime Pater, qui Solis instar, mea quæcumq; despiciabilia non dedignaris. Illius quippe Imaginem exprimis, ac geris vices, qui humilia respicit. Quem verò aptiùs Patronum peteret, quàm Summum Christi Vicarium, animatamque Virtutum Praxim, Praxis hæc Vicariorum? Ordinem sanè Iudiciarium quis non supremum in terris Iudicem, viuum disciplinæ ordinem, Iustitiæ assertorem, criminum vindicem, Iurisque omnis, ac potestatis fontem,





# PARS PRIMA

## MONITA GENERALIA

Pro Illustris. DD. Episcopis in eligendis  
Vicariis Generalibus.

### SUMMARIUM.

1. *Causam damni danti, de damno tenetur.*  
*Mala electio est in culpa. ibid.*  
*Conditiones boni Vicarij; secundum S. Carolum.*
2. *Civis, & non externus Vicarius assumendus.*  
*Externum S. Carolus requiebat, & quare.*  
*Externum etiam Sac. Congreg. postulat.*  
*Aliquando Diocesanum permittit ex causis legitimis.*
3. *Qualitates Boni Vicarij.*
4. *Clericus esse debet Vicarius.*  
*Conjugatus minime, nisi in iurisdictione temporali.*  
*Bigamus neque potest esse Vicarius.*  
*Laius non potest esse Vicarius, bene tamen Confessor, vel Assessor Episcopi.*
5. *Monachus non potest esse Vicarius.*  
*Religiosus ex Mendicantibus, neque potest.*  
*In aliquibus casibus potest.*
6. *Nepos Episcopi Vicarius esse nequit.*  
*Frater Episcopi nequaquam.*  
*Consanguineus minime.*  
*Aliquando possunt esse.*
7. *Aetas requisita in Vicario Episcopi.*
8. *Doctor Vtriusque Iuris debet esse Vicarius.*  
*Saltem sit Doctor in Iure Canonico.*
9. *Canonici Capituli potest esse Vicarius Episcopi.*  
*Sed tamen externus.*  
*Canonici Regularis potest esse Vicarius Episcopi.*  
*Penitentarius Canonici non potest esse Vicarius Episcopi.*  
*Parochus non potest esse Vicarius Episcopi.*

*Prax. Vicar. Caroli Pellegrini Par. I.*

**V**M ferè innumera-  
sunt mala, quæ ex malo  
officiali procedunt, de  
quibus Episcopus in die  
Iudicii Domino Deo  
rationem reddere de-  
bet, nam sanguis subditorum, de Præla-  
torum manibus requiret. *cap. irrefragabili.*  
*vbi gloss. verb. sanguis eorum. de offic. ordin. cap.*  
*qualiter, & quando. 24. §. penult. de accusat. cap.*  
*quomnis, Idem re iudic. cap. ante omnia 40. dist.*  
*DD. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 1. tit.*  
*2. gloss. 2. per tot. & par. 3. alleg. 107. num. 31.*  
quia qui causam damni dat, damnum  
fecisse videtur; *cap. sicut de testib. & attest. civ.*  
*pasce. 86. dist. can. student. 50. dist. cap. de catero.*  
*de homic. l. qui occidit, §. penult. ff. ad leg. aquil. l.*  
*nihil interest, ff. ad leg. Cornel. l. illicitus, §. sicuti, ff.*  
*de offic. pref. etenim mala electio est incul-*  
*pa. cap. quia frustra de usur. cap. an sit, §. respo-*  
*demus, de appell. & cap. constitutis, eod. tit. cap.*  
*pastoralis, il primo de iur. patr. vbi gloss. verb.*  
*in quo, l. si solutus, ff. de solut. l. isti quidem, ff. quod*  
*met. caus. l. scimus, §. si vero postquam, C. de iur.*  
*delib. & melius in l. vel per litteras, ff. si mens.*  
*fals. mod. dia. & in l. man & seruius, §. mandato*  
*no, ff. de neg. ges. Ideo magna cum pruden-*  
*tia procedere debet Episcopus in assumē-*  
*do, & deputando Vicario, & omnem dili-*  
*gentiam facere tenetur, ut inueniat Virū*  
*probum, & idoneum, nec oscitanter pro-*  
*cedat in huiusmodi electione; sed talem*  
*querere debet, contra quem nihil mali*  
*opponi possit; aliis vitra peccatum, quod*  
*incurrit, ut diximus, tenetur in foro fori*  
*de facto sui Vicarij, cum sibi imputetur,*

A

ū ma-